

*Dr. Ep. Civitatis*  
UNIVERSITATE CATHOLICA SALAMANCA  
Lectura Grammaticae

# THEODORI GAZAE INTRODUCTIO

NIS GRAMMATICAE LIBRI QUATUOR,

una cum Interpretatione Latina

per uices Capitum disposita: Res

cognitione uero ex uetustis

manuscriptis exemplis

ribus Italicis.

Basilæ ex officina Valderiana,

mense Martio, Anno 1541.

Cum priuilegio Cæsareo

ad quinquennium.



literarum Tyronibus S. D.



Heodorus Gaza uir utriusq; literaturæ monu-  
 mētis insignis, inter alia sua scripta, Libros qua-  
 tuor De Institutione Grammatica posteritati  
 reliquit, quibus uir ille rem Grāmaticā in uni-  
 uersum miro ordinis compendio complexus est: atqui sic  
 arcta breuitate, ut nō rudibus, sed eruditis prorsus scripsis-  
 se hæc uideatur. Nam cum ubique ferè obscuriusculus sit,  
 tum locos quosdam habet, præsertim in posterioribus li-  
 bris, uix dum ab eruditissimis intellectos, & qui iuxta pro-  
 uerbiū Oedipum aliquando requirant coniectorē. Nos  
 quandoquidem ubiq; studiosorum compendium specta-  
 mus potius, quàm priuatū quæstum, hosce quatuor libros  
 ædendos suscepimus, consarcinata è regione Latina ad uer-  
 bum Interpretatione, nimirum quo rudiores harum lite-  
 rarum tyrones ipsos se, si sic contingat, citra Præceptoris  
 operam iuuare queant, atque ut dicitur, citra corticem na-  
 rare. Cæterum ne quenquam hac in re sua spoliemus lau-  
 de, in prioribus libris, religiose secuti sumus D. Erasmi  
 translationem. In tertio uero, & quarto, interim Conradi  
 Heresbachij, uti ille auditoribus suis forte enarrabat: in-  
 terim Iacobi Tufani, atq; Croci hominum eruditorum in-  
 terpretationem, ueluti centones connectentes cōsuimus.  
 Ad hæc exempla, quæ obscuritatem plurimam huic libro  
 afferebāt, omnia & locis suis apud authores indicata, & in-  
 terpretata debemus Heresbachio, nunc denuo ab eodem  
 recognita atq; castigata, adiectis singulorum Librorū argu-  
 menti, seriem cuiusq; declarantibus. Demum additus est  
 index locorum principalium, distinctione cōmoda (quo  
 studioso lectori quæque facile essent obuia) assignatus.  
 Valete. Ex officina nostra, Calendis Septembribus, Anno  
 M. D. XXIX.

# ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ ΤΩΝ  
ΕΙΣ ΤΕΣΣΑΡΑ ΤΟ Α.



Ὡς καὶ τῶν ἑξήκοντα ἑκκοσι γραμμάτων φωνηγόντων μὲν ἑπτὰ, α, ε, κ, ι, υ, ο, ω. σύμφωνα δὲ τὰ λοιπὰ, ἑπτακάδικα. Τῶν δὲ φωνηγόντων μακρὰ μὲν, κ, ω. βραχέα δὲ, ε, ο. δίχρονα δὲ, α, ι, υ. Ἐξ ὧν δίφθογοι κυρίας μὲν, αἰ, αὐ, εἰ, οἰ, οὐ. κατὰ

χρηστικῶς δὲ, α, κ, ω, γ. Τῶν δὲ συμφώνων τὰ μὲν ἡμίφωνα, οἶον ζ, ξ, ψ, λ, μ, ν, ρ, σ. ὧν διπλᾶ μὲν ζ, ξ, ψ. Ἀμετάβολα δὲ, καὶ ὑγρά, λ, μ, ν, ρ. Τὰ δὲ ἄφωνα, οἶον β, γ, δ, κ, π, τ, θ, φ, χ. ὧν ψιλὰ μὲν κ, π, τ. Δασεία δὲ, θ, φ, χ. μέσσα δὲ, β, γ, δ. Ἐκ δὲ τῶν ἐρημιῶν τῶν δὲ γραμμάτων αἰ συλλαβαί, ὅθεν αἰ λέξεις, ὅξ ὧν ὁ λόγος. Τῶ δὲ λόγον μόρον μὲν ὄνομα, ῥῆμα, μετοχή, ἄρθρον, ἀντωνυμία, πρόθεσις, ἐπίρρημα, σὺνδεδισμός.

# THEODORI

GRAMMATICAE INSTITVTIONIS

LIBER PRIMVS.



Vatuor & uiginti literarum uocales quidem septem, α, ε, κ, ι, υ, ο, ω. consonantes uero reliquæ septendecim. Vocalium autem longæ quidem κ, ω. breues uero, ε, ο. ancipites autem, α, ι, υ. Ex quibus diphthōgi proprie quidem

αἰ, αὐ, εἰ, οἰ, οὐ. improprie uero, α, κ, ω, γ. Sed consonantes aliæ quidem semiuocales, ut ζ, ξ, ψ, λ, μ, ν, ρ, σ. quarum duplices quidem, ζ, ξ, ψ. immutabiles autem & liquidæ, λ, μ, ν, ρ. Aliæ uero mutæ, β, γ, δ, κ, π, τ, θ, φ, χ. quarum tenues quidem, κ, π, τ. aspiratæ uero, θ, φ, χ. mediæ autem, β, γ, δ. Ex dictis autem hisce literis syllabæ

Literarum  
summa di-  
uisio.

Compositio  
uocalium.  
Consonan-  
tiū diuisio.

Mutarum  
ordo.

ALPHABETUM

DE BEATISSIMO PATRE

ALPHABETUM

Alphabetum quod dicitur ab a usque ad z. In hoc alphabeto sunt littere quae sunt in usu. Quae sunt littere quae sunt in usu. Quae sunt littere quae sunt in usu.

ab c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z  
aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm  
nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz.

omnes quaterniones, praeter zz sexternionem.

BASILEAE IN OFFICINA

Valderiana. An. 1541.

ALPHABETUM

ALPHABETUM

ALPHABETUM



